Commissio

Sigismundus etc.

Magce Vicine Sinc. nobis dilecte. Proficiscitur Famatus Bogdan
Dobrowalkowicz vel eius Plenipotens ad Sinc. Vram petitum admini:
strationem iustitiae de quodam eius subdito Simone Parcedor qui
praedicto subdito nostro certam pecuniae summam Quingentorum quinqua-
ginta antiquorum Talerorum debet. Hunc itaque subditum nostrum vel
eius Haeredem Sinc. vestrae diligenter commendamus abeaque pro
vicinitatis iure amice requirimus quo eidem subdito nostro debitam
et indilatam administrari iubeat iustitiam eumque in adeundo debito
damnisque et expensis quae in eam rem factae sunt repetendis beni-
gne adiuvet. Atque idem a nobis quoque prout sese occasio obtulerit
expectet. Ea vero bene valere cupimus.

Vadium.

Sigismundus etc.

Magco Nicolao Zebrzidowski de Zebrzidowice Palatino Lu-
blinen. et Capitaneo Generali Crac. Sinc. nobis dilecto gratiam nostram
Regiam. Magce Sinc. nobis dilecte. Famatus Valentinus Sobierai Con:
sul Civitatis nostrae Wieliczcen. coram nobis graviter in querella pro-
posuit questus est. Quod illi Nobilis Christophorus Harbzieszow-
ski de Maslomacze inimicitias aperte in discrimen vitae ipsius de-
nunciat quod nos paci communi contrarium esse censei, eidemque Civi
conquerenti de securitate vitae ipsius providere ac audaciam prae-
dicti nobilis Harbzieszowski diffidantis cohibere Volentes va-
dium nostrum ne vi sed iure mediante experiantur actionesque
si quas haberet inter se prosequantur Valladum et interponen.
esse duximus Vallamusque et interponimus per praesentes summam Tri-
um Millium flor. pec. comis alteram nobis alteram vero parti terren.
medietatem adiudican. per partem in eo succumbendam irremissibi:
liter persolven. Quoque Vadio ne aliqua partium ignorantiam
praetendat. Mandamus Sinc. tuae ut hoc ipsum Vadium in librum Actorum
Castren. Crac. inseri et per ministerium Terrestrem quemcunque in domos ea-
rundem partium deportari et ad notitiam ipsorum deduci faciat
Pro gratia nostra Sinc. Tua secus non facturus.

Sublevatio bannition.

Sigismundus etc. Significamus etc.

Quia nos ad supplicationem nomine Nobilis Andr. Kowalkowski